



CAPUT UNDECIMUM.

ORNELIUS à Lapide, ac aliqui existimant, quod hic incipiat secunda pars Apocalypsis, ac contenta in libro, qui datus est Joanni ad adorandum, sed hoc nullo pacto potest subsistere, quia capite 8. ut ibi dicitur, dantur septem tube septem Angelis, ad septem aperienda sigilla libri, ibique aperiantur quatuor; tandem in fine ipsius cap. 8. num. 13. Aquila magna clamavit, tria ventura Væ; & quintus Angelus cecinit sua tuba, & aperuit quintum sigillum, cap. 9. num. 1. & continuatur usque ad vers. 13. ubi sextus Angelus cecinit, cujus tuba multa, & alta perseverat prænuntians in hoc cap. usque ad vers. 13. ubi dicitur Væ secundum abiit, & ecce væ tertium veniet cunctò. Et statim vers. 15. in hoc cap. dicitur, & septimus Angelus tuba cecinit. Ecce manifestè constat, quomodo hæc pertineant ad sextam tubam Angeli.

Et optimo artificio omnia conveniunt; nam superiori cap. in fine dictum est Joanni, ac in ejus persona omnibus Ecclesiasticis, oportet te iterum predicare multis regibus, gentibus & populis, quod perseverabit in Ecclesia usque ad Antichristum de quo hic agitur; sub cujus tempore mandatur metiri templum Dei, fideles nempe; & excludi atrium foris, sequaces, nempe Antichristi, contra quos se opponunt Parens Elias, & Henoch, agitur de eorum prædicatione, morte, ac triumpho Septimus Angelus canit tuba, & decantatur regnum sempiternum Deo nostro.

Ap. 11. n. 1. Et datus est mihi calamus similis virgæ, & dictum est mihi, surge & metire templum Dei, & altare, & adorantes in eo.

VERSIONES.

Syrus. Stabat Angelus metire templum Dei, & altare, & eos, qui adorant in eo.

Arabicus. Data est mihi arundo baculo similis.

Vatabl. Et datus est mihi calamus à dicente mihi.

Primaf. Dedit mihi undinam auream, & m. virgæ dicens.

Alii legunt. Datus est mihi calamus similis virgæ mens.

EXPOSITIO I.

ATOS est mihi calamus, ab Angelo non p. qui cum eo loquebatur, & datur ei calamus non scribentis, sed mensurantis, qui ut communiter volunt expositores, erat sex cubitorum, & palmi similis virgæ, id est scepro regio, cujus regalis potestatis symbolum est, metiri nempe subditos, id est dijudicare, de meritis punire; pro meritis remunerare; & dicitur similis virgæ, ut innuatur ejus æqua rectitudo, quæ non flectitur in hanc, & illam partem.

Et dictum est mihi, id est, jussum est mihi; nam frequenter in Scriptura dicere pro jubere ponitur. Psalm. 32. Ipse dixit, & facta sunt id est mandavit, & creata sunt. Matth. 8. Cetero, ait; Dico servo meo fac hoc & facit; id est jubeo servo meo. Surge, hoc est, cum multa diligentia, fac quod tibi præcipio, & subdit.

Mei re templum Dei, Christi Ecclesia representabatur hic Joanni sub specie templi Solomonis; & per templum hic intelligit atrium interius, quod erat sacerdotum, & Levitarum, in quo erat altare holocausti, & thymiamatis, de atrio exteriori, quod erat Laicorum, agit sequenti versu. Per templum Dei hic intelligit fideles

fideles qui sunt membra Ecclesiæ Dei; per altare, intelligit eos, qui in altari ministrant, & munera, ac dona offerunt adorantes in eo. Si per templum intelligit fideles, qui illius membra sunt, quod hic vult denotare per adorantes in eo; ac si dicat; metire merita fidelium, eorumque officia ac dignitates, quibus seruiunt, ac adorant in templo Dei, quidam sancti Episcopi, quidam sacerdotes, alii Religiosi, alii Virgines, alii Doctores & Prædicatores, de quibus omnibus reddenda est ratio.

QUESTIO I.

Quare ad metiendum viro Ezechiel datur funiculus, & calamus; Joanni tantum Calamus?

IN limine hujus questionis notandum est quod ait Joannes, Datus est mihi calamus similis virgæ, & ut legit Nicolaus Zegerus, similis scepro, per quod omnis Principatus ac potestas designatur; sed cur non ait Noster Vates. Accepi, seu mihi assumpsi calamus, seu sceptrum; sed datus est mihi, quia nullus se debet ingerere, nec sibi assumere officium, ac dignitatem, sed ei conferenda est à Deo, qui distributor est omnium donorum, ne quisquam sibi honorem det, sed qui vocatur à Deo tantquam Aaron. Hebr. 5. n. 4.

Quæstio inquit cur Joanni hic tantum datur calamus ad metiendum, at verò viro illi apud Ezech. 40. calamus, & funiculus; sic ait Propheta cap. 40. num. 3. Ecce vir cuius erat species quasi species aris, & funiculus lineæ in manu ejus, & calamus mensura in manu ejus. Hujus rei differentia est, quia vir Ezechiel tantum erat ad metiendum templum antiquum, & Mosaicum. Joannes autem preparatur ad metiendum templum & Ecclesiam Christi. Calamus seu sceptrum regale signum est pietatis, ac benignitatis, funiculus autem rigorem justitiæ, & castigacionem dicit. Cum fecisset flagellum de funiculis, omnes ejecit de templo, Joan. 2. num. 13. In viro illo Ezechielis, prius dicitur de illo funiculo, deinde calamus: quia in illo templo antiquo primum locum tenebat justitia, ut vix pietas, & misericordia apparebat, At in Ecclesia Christi, totum est pietas, & misericordia, ut quodammodo vix severitas rigoris videatur, & inde in manu Ioan. solum est calamus, seu regale sceptrum p. e. atis.

Deinde in omni fabrica, quædam sunt recta, & directa, quædam obliqua & tortuosa: Calamus est ad metiendum recta; funiculus ad obliqua; & unicoque datur instrumentum juxta suum munus. Angelus apud Ezechielem venerat non solum ad metiendum templum, sed etiam urbem, non solum sancta, sed etiam communia & prophana; & ideo funiculus, & calamus ei datur, calamus ad sancta, funiculus ad prophana metienda; At Joannes solum jubetur, metiatur templum & altare, in quo non nisi bona opera supponuntur, nam ut e dicitur vers. sequenti, Atrium quod est foris, non metiaris; & ideo calamus tantum ei erat necessarius ad suum munus recte obsequendum.

Dedit Deus virgam Moyse, dedit & virgam Aaroni; virga Moyse in serpentem transmutatur. Versa est in colubum, ita ut fugeret Moyses. Exod. 4. num. 3. Aaron s. verò virga foliis, floribus, & fructibus adornatur. Invenit geminasse virgam Aaron in domo Levi; & in gentibus geminis eruperant flores, qui foliis alaratis in amygdalas deformati sunt. Num. 17. n. 8. Moyse & Aaron fra. res erant, eorum tamen Virgæ nullam habent fraternitatem, sed multo discrimine inter se diversificantur, quod optimo notavit D. Pasch. l. b. 4. in Matth. Moyses virga paritur colubum, ait, Aaronis verò geminasse flores, & fructus. Quam hujus rei causa? Moyses virga armabatur contra Pharaonis obdurationem, Aaronis virga nobilitabatur, ut in se tantquam summus sacerdos rorem pietatis, propitiacionis, ac gratiæ in populos divideret, ac spargeret, & suavissimos fructus dedit; Virga Moyses contra obdurationem Pharaonis sicut coluber; Aaronis verò virga ad benignitatem defendendam erumpit in flores & fructus.

QUESTIO II.

Quare calamus datus Joannis, similis erat Virgæ.

ALcazar in præfenti per calamus, intelligit crucem, ac Passionem Christi & talem calamus habebat in manu sua apud Ezechiel. 40. num. 3. ille vir, cuius erat species, quasi species aris. Nam Christus D. in cruce, ac Passione sua, carneus natura æneus verò robore, ac patientia: Hæc talis crux, & Passio, erit mensura laborum, ac afflictionum, quis pro Christo servi ipsius perpetuantur, præsertim quales fideles primitivæ Ecclesiæ perpeffi sunt, ut juxta talem mensuram beatitudinem munerentur, de quo agitur infra Apoc. 21. num. 15. Hæc licet inserviant ad mores, non tamen ad litteram; de morte, ac Passione Christi hic non agitur.

Secundò Ansbertus, D. Thomas Rupertus, Gagnæus, & alii per calamus intelligunt in præfenti facultatem scribendi, ac prædicandi Evangelium Christi; nam calamo scribitur in codice, & voce tanquam calamo in cordibus fidelium, de quo Psalmista ait 44. v. 12. Lingua mea calamus scribae velociter scribens, & bene velociter ait, nescit enim tarda molimina Spiritus sancti gratia, & dicitur similis virgæ. Non dicitur similis arundini, sed virgæ; tum ob sui rectitudinem, ac libertatem arguendi, ac prædicandi; tum etiam ob soliditatem mysteriorum fidei Ansbertus: Bene virgæ similis perhibetur quia nimirum Prædicatio sancta, non Judæorum vanitas, non Hæreticorum pervertitas, non Philosophorum vanitas utitur, sed fidei rectitudo, & disciplina rigorem tenere videtur.

D. Thomas aliter rem explicat intelligens per calamus virtutem discretionis in Prædicatore. Quod calamus cum discretionem; sicut enim calamo, bene apto, & disposito bene scribitur,



Prædicator discretione se accommodat Auditoribus.

bitur, sic mediante bona discretione Dei verbum utiliter scribitur in cordibus auditorum. Sic ait Angelicus Doctor. Metire templum Dei ut per aonum discretions, statum Ecclesie prudenter consideraret secundum capacitates diversitate, ut prædicentur majora pro electis & facilia vero simplicibus: item secundum vite qualitatem sic iuxta capacitatem intelligentia, doctrinam ministrare; quia aliter prædicandum iustis, aliter eis, qui non recte ambulant, aliter secularibus, aliter religiosis; aliter clericis, aliter laicis, &c.

11.

Ezech. 40. Zachar. 2.

Hebr.

Æquitas in Prælatio.

Psal. 44.

Psal. 2. Euseb.

12.

D. Bern. Justitia in Principe necessaria ad custodiam legum.

Zachar. 11.

13.

D. Bern. Princeps sit humilis, & sine præsumptione.

Eccles. 3.

14.

Princeps severitatem temperet pietate.

tantur pietas & clementia, sicut virga rigor, & austeritas; inde recte ait, calamus similis virgæ, ei tanquam principi, ac Prælati atus, ut innuat, quod Princeps severitatem, & austeritatem in justitia, debet mitigare pietate, ac clementia, virgæ rigorem suavitate ca. am. D. Bernard. citat. cap. 3. Debet Princeps rigorem justitiæ per fulcimentum misericordie temperare, ut quantumcumque foris rigeret per justitiæ severitatem, intus tamen servet compassionis suavitatem, & licet virgam teneat manu justitiæ distributionis, in pectore tamen gerat ubera matris compassionis: ideo subdit Ioan. Datus est mihi calamus similis virgæ: Non enim ait; data est mihi virga, sed calamus similis virgæ, in quo justitia cum misericordia denotatur.

D. Bern.

15.

Psal. 22.

Sit admixta justitia cum pietate.

D. Bern.

Proverb.

16.

Genes. 3.

Job. 1.

Justitia à misericordia non sit separanda.

D. Greg.

Vnde

Vnde venit? quia nimirum Deus apostatam spiritum ad penitentiam nequaquam revocat, sed vias superbia ejus nesciens damnat. Vide supra c. 4. quæst. 9. num. 69. 70 & 71. 72.

QUESTIO III.

Quare mandatur Ioanni, metiri templum, altare, & adorantes in eo?

17.

Panna. Deus ponderet mensuram omnia facta.

Mandatur, metiri templum, altare, & adorantes in eo, & ad quid tanta dimensio: ut fiat manifestum, quod omne opus Dei est perfectum, & absolutum in omni pondere & mensura. Pannonijs: Surge, & metire, ait, quia omnipotens Dei filius sua sapientia cuncta in numero, pondere, & mensura constituit; ne inane quid in suo opere possit deprehendi. figura ergo integritatis operis Dei, soliditas calami, significant sane longe diversum esse opus Dei ab opere humano, quod hoc subinde defectu suo laboriosum autem Dei certo numero, & pondere, & mensura constitutum, nihil inane habet, sed soliditas mera, quæ quid est.

Ad quæstionem cur jubetur metiri templum, altare & adorantes in eo, & quid per hæc significetur? & primò Ansbertus tenet, quod per templum Dei fideles designentur, juxta illud 1. Corinth. 3. num. 17. Templum Dei sanctum, quod estis vos; per altare vero quod est in templo sacerdotes, Religiosi, Virgines, qui saculo renuntiarunt, in quibus est ignis indeficientis sanctæ compunctionis per adorantes in eo, item ipsi exprimuntur, qui interius vicibus, intus clamoribus Deum venerantes adorant: Ioannes ergo jubetur, metiri templum, altare, adorantes in eo calamo Prædicationem verbi divini denotante quia hujusmodi Prædicationem cum diversarum rerum mensura annuntiat unicuique ordinem, ac professionem dignitatem & locum sibi proportionatum, ac convenientem sacerdotibus, quod soli Deo sacrificare debeant: Religiosis multam felicitatem futuram, quia cuncta terrena pro Christo contempserunt: Virginibus vero beatitudinem, nam nuptiali thalamo contempto, secuta sunt Agnum immaculatum: Ansbertus, quia est, ait, arundine metiri templum Dei, & altare, & adorantes in eo, si qua sacra Prædicatione donorum gratiam unicuique largiri? nulli enim dubium, quia per sanctam, celestemque divini verbi Prædicationem Spiritus sancti gratiam fideles accipiunt: Domino attestante, qui ait: Verba, quæ locutus sum vobis, spiritus, & vita sunt. Quod statim ipse explicat, tum de annuntiatione facta per Prædicationem, tum de fore gratiæ per eam infusæ.

Secundo metiri in hoc loco per templum, & altare, interpretantur Sacerdotes, & Levitas qui templo, & altari soli deserviunt, quibus tantum patebat aditus ad atrium interius, ubi erat altare holocausti; & sicut tam vigilantem mandatur Ioanni metiri templum & altare: Ut delectetur Ecclesiasticos maxime judicandos, quia potissimum eis convenit, probitatem, ac justitiam colere, & virtutis, exemplum alijs

præbere: & qui in hoc deficiunt, rigidum iudicium eis imminet. Unde ait Petrus Epistol. 1. 4. num. 17. Tempus est, ut incipiat iudicium à templo Dei.

Tertio, Albertus Magn. Per templum, interpretatur Ecclesiam triumphantem, juxta illud Psalm. 28. num. 9. Et in templo eius omnes dicent gloriam. Per altare verò, Christum Dominum, super altare enim ei offeruntur oblationes, & hostiæ, in quibus ipse significatur: Per adorantes verò in eo, omnes verè fideles exprimuntur, qui adhuc in Ecclesia militante degunt; sed cut altare, Christum significans, ponitur in medio inter templum, & adorantes in eo: & merito sanè in medio constituitur: quia Christus Dominus Ecclesiam triumphantem militanti, & contra connectit, & conjungit, Albert. Magn. Notandum, ait, quod Ecclesia militans per Christum conjungitur triumphanti, & est converso: Vnde etiam dicitur mediator.

Quarta vera, ac genuina sententia, ut dixit expolitione, in hoc sacro ænigmate, templum, altare, adorantes in eo, symbolice sumuntur: nam cum hæc dicta sunt Ioanni, nul um erat templum materiale Ierosolymis; ipsum enim una cum civitate eversum erat. Cum ergo hæc propter homines dicta sint per templum allegorice intelliguntur fideles, qui membra sunt templi Christi; per altare, quod quid sub imiis, & altius est, denotantur illi, qui magis proximi sunt Deo, magisque cum eo ununtur: per adorantes in eo, cum sub nomine fidelium, ac eorum, qui magis serviunt Deo, omnes intellicantur, quid per adorantes in eo significatur: iudicium, dignitates eorum, ut v. g. Episcopos, Sacerdotes, Religiosos, ac si hujusmodi in duobus sint metiendi, de duobusque rationem redditur: de eorum operibus, ut ceteri fideles, & etiam de sua dignitate Episcopatu, sacerdotio, ac religioso statu.

Vel per templum intelliguntur fideles; per altare sacerdotes: per adorantes in eo, ad litteram, eos intelligit, qui debitum cultum dant templo, vel ei denegant, si de his sunt peculiariter rationem redditur: Valde enim super omnia crimina confundendus est homo, quod coram Deo, in loco ipsius, ei peculiariter consecrato, Deum offendat, cultu, que ei debitum violat: Ait Deus Ezechiel cap. 43. num. 10. Tu autem, fili hominis, ostende domui Israel templum, & confundantur a benignitatibus suis, & metiantur fabricam; & erubescat, ex omnibus que fuerunt. Maxime notæ, & apertæ sunt iniquitates, & flagitia Israel contra Deum: & inter tot vitia, & flagitia, homicidia, furta & abominaciones, illud maxime exprobratur Israeli, quod templum Domini violaverit, & contempserit; ideo mandat ei Deus, ostendere templum, & cultum ei debitum, ut mentientes majestatem, & altitudinem templi inde deprehendant suas iniquitates ut de eis confundantur, ac erubescant.

De Angelo postata ait Deus per ipsum Ezechielem cap. 8. num. 14. Posui te in monte sancto Dei; in cæno lapidum ignitorum ambulasti. Perseculus in vis tuis à die conditionis tue: donec invera est iniquitas in te. In multitudine negotiorum tuarum repleta sunt interiora tua iniquitate, & peccasti, & eiecisti te e monte Dei, & perdidisti te. Non solum Angelum Apostatam eiecisti.